



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Vniuersales sacrae scripturae resolutiones illustrationesq[ue] factae sunt
per patres & concilia. caput XLI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

Iob. 10. stringuntur, & captiu ab hostibus tenentur ad eorum voluntatem: Adducuntur in regnum diaboli, vbi nullus ordo, sed vmbra mortis & sempiternus horror inhabitat.

Vniuersales sacrae scripture resolutiones illustratio-
nesq; factæ sunt per patres & con-
cilia. caput XLI.

A Vis obsecro, omnes leges, sententias & conclusio-
nes enumerare potest, aut scribēdo in ordinem re-
digere, quæ pullulant fluunt & resolui possunt ex illo di-
cto Christi: Quæcumq; vultis ut faciant vobis homines, &
Matt. 7. vos facite illis. Item, facite dignos fructus pœnitentia. Et
Luc. 6. ex illa, Luceat lux vestra coram hominibus, &c. Item: Cō-
Matt. 3. tendite intrare per angustā portā. Itē: imitatores Dei esto
Matt. 5. te, sunt filij Charissimi, & ambulate in dilectione. Item:
Matt. 7. Quæcumq; sunt vera, quæcumq; pudica, quæcumq; iusta,
Ephe. 5. quæcumq; sancta, quæcumq; amabilia, quæcumq; bona fa-
Phil. 4. me, si qua virtus, si quā laus disciplinæ, hæc cogitate, quæ
& didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me. Et re
2. Thes. 3. uera imitatores Apostoli esse debem⁹: q̄a semetipsum for-
2. Cor. 6. mā nobis dedit, ad se imitandum. Itē, Nemini date vllam
1. Thes. 5. offensionem. Et ab omni specie mala, abstinetе vos. Place-
1. Cor. 10. te omnibus in bono ad ædificationem. Quæ pacis sunt se-
Rom. 14. temini: Et id genus sententias multas nimis in sacris lite-
Ioan. 21. ris legimus, quas dum legum conditores, & sacrae scriptu-
ræ expositores in casibus particularibus qui quotidie oc-
currūt, resoluunt & illustrāt certè totus mūndus nō posset
capere libros cōpletentes leges, sanctiones, ordinatiōes,
Mat. 7. statuta & regulas q̄ scribēdi forēt. Impiè, falso, mēdāciter,
& diabolico modo & malicia, arguunt, dānant, fugillant
nihil aliud sint, q̄ nucleus scripture, via regia & arcta que
ducit ad vitā. Sed cū ipsi mali sint, desperati, in reprobum
sensum

sensum dati, & opera eorum mala, ideo lucem odiunt, dili- *Ioan. 3.*
gunt malū, & odio habēt bonū, vt dicit propheta. Ex abū- *Mich. 3.*
dantia cordis sui mali, mala ista verba eructant: Quid autē *Matt. 12.*
ad nos istius spurij Goliad exprobationes, vel istius Rap. 4. *Reg. 18.*
fases blasphemiae? Simus cordati sicut qui non audiunt, & i. *Reg. 17.*
nō habēt in ore suo redargutiones: Laus Deo, qui expro. *Psal. 37.*
bratorem illum & blasphemum prostrauit, spiritu oris sui *2. Thes. 2.*
occidit, caput eius amputauit, os eius iniqua loquentis ob *Psal. 62.*
struxit. Sic omnis iniquitas opilet os suū. Sic laqueus cor *Ezai. 106.*
tritus est, & nos liberati sumus. Sed & mater ecclesia, per *Psal. 123.*
sponsum suū Christum, de manibus inimicorum suorum
est vindicata.

Ecclesia Dei nonnunquam aliqua externa uariat.

Caput XLII.

ET si ecclesia Dei nōnunquā variat vel immutat ritus **A**
quosdā & ordinationes, non hoc authoritatem eius
labefactat, nec probro ei dari debet, aut vitio. Nam in hoc
Deū imitatur: qui omnia veteris testamenti sacramēta, oēs
item cāremonias, quando venit téporis plenitudo, in quo *Galat. 4.*
peus filiū suū misit in terris, qui legē, impleuit, abrogauit *Phil.*
& meliora, perfectiora, ac viciniora saluti instituit, vt *Apo Col.*
stolus in fide & veritate erudiens nos, irrefragabiliter pro *Heb.*
bat ad Gal. Philip. Collos. & Hebreos. Sic sp̄ritus sanctus
qui manet in ecclesia in æternū, & omnē in ea veritatē do- *Ioan. 14.*
cet, eamq; regit, multa pro vtilitate, necessitate & exigen- *Ioan. 16.*
tia temporis, locorum, causarum, personarumq; alterat,
mutat, ordinat præcipit & prohibet

Sic apud patres in priori testamento, in quadraginta an **B**
nis nullus circūcisionē accepit in deserto, quā sub æter- *Iosue. 5.*
næ damnationis tamen & vitæ interminatione, Deus acci- *Gen. 17.*
piendam præceperat infantis die octauo. Nemini offerre *Deut. 12.*
licuit, nisi in loco isto ubi erat arca Dei. Alibi nihilomin⁹

K Samuel